



# Boletín Oficial

DEL  
Obispado de Osma

Año LXIV. 17 DE NOVIEMBRE DE 1923. Núm. ~~XXXI~~. 20-XIX

SUMARIO: S. C. de Disciplina Sacramentorum: De processibus in Causis dispensationis super matrimonio rato et non consummato: Continuación. — Circular nombrando Directores Regionales para la fundación de la O. de la Santa Infancia en las parroquias.—Decreto de S. S. Ilma. y Rvdma. nombrando Notario Mayor de la Curia Eclesiástica.—Secretaría de Cámara y Gobierno: Edicto de Ordenes.—Concillería del Obispado: Aviso importantísimo a los Encargados de Parroquias que no han enviado copia de las Partidas Sacramentales. — Conferencias moral y litúrgicas.

## SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM II REGULAE SERVANDAE

*In processibus super matrimonio rato et non consummato  
(Continuación).*

89 §. 1. Ad mulierem vero inspiciendam duae obstetrices, quae legítimum peritiae testimonium habeant debitaque in arte sua experientia polleant, *ex officio* designentur. *Integrum* est tamen mulieri inspiciendae expetere ut loco obstetricum, a duobus medicis, pariter *ex officio* designandis, inspiciatur; quod et Ordinarius, si necessarium duxerit, decernere potest, auditio vinculi defensore, praecipue ob aliquod dubium frau-

dis, scilicet quod praesidia artis exhibita sint ad reparandas partium laesiones (Can. 1979, §§ 1-2).

§ 2. Quod si, ob singulares locorum circumstan-  
tias, impossibile vel valde difficile aliquando fuerint,  
ut duae peritiae obstetrices aut duo medici reperian-  
tur, tolerari poterit ut inspectio fiat ab uno perito et  
ab una obstetricie (cfr. *Instr. S. C. S. O.*, a. 1883 *Que-  
madmodum matrimonii foedus*, tit. VI, 5, n. 49). Si, ob  
easdem circumstantias, neque hoc obtineri valeat, to-  
lerari etiam poterit ut inspectio fiat a duabus matro-  
nis seu mulieribus nuptis, moribus et aetate gravibus,  
et ad rem idoneis. Quoties peritia a duabus matronis,  
uti supra, peracta fuerit, curandum erit ut earum re-  
lationes examinandae subiificantur uni vel duobus in  
arte peritis, ibidem vel alibi commorantibus, ut suum  
proferant votum circa conclusiones ex matronarum  
relationibus deducendas.

90. In inspectione mulieris, sive ea a peritis medi-  
cis, sive ab obstetricibus fiat, sequentia observanda  
sunt: a) plene serventur christiana modestiae regu-  
lae; b) adstet semper honesta matrona, *ex officio* desi-  
gnanda; c) inspectionem exsequantur seorsim singuli,  
vel singulae; d) in exploratione honesta quidem met-  
hodus et cautelae adhibeantur, prout scientia ac pru-  
dentia opportune seggesserit; et de iis quae adhibita  
sint, mentio in relationibus fiat; e) pariter singuli vel  
singulae seorsim confiant relationes intra terminum  
a iudice praefinitum tradendas; f) relationes sive a  
medicis sive ab obstetricibus confectas, iudex alterius  
medici examini subiicere potest, si id opportunum  
existimaverit (Can. 1979-1980).

91. In matronam eligatur mulier aetate gravis, re-  
ligione et honestate spectabilis, corruptioni et decep-  
tioni non facile obnoxia, quae, praestito iure iurando,  
officii sui partes eiusque gravitatem intelligat, ac de  
eo rite functo, coram tribunali relationem reddere va-  
leat (cf. in Appendice sub n. XXIX).

92. Ratio exsequendae inspectionis haec erit. Iudex locum designat, in quo ea est peragenda, et mandabit quod mulier prius balneo subiiciatur, servatis suetis conditionibus aquae tepentis, et temporis, quod non brevius dimidia hora esse debet. Quod si designati periti, medici vel obstetrices, censeant in casu balneum vel omnino esse inutile, vel potius nocivum, iudex, perpensis adiunctis, rem definiat, audito defensore vinculi, prout in casu magis expedire iudicaverit. Periti autem expleant suum examen, ut distincte referre valeant de singulis signis quaे mulieris integritatem inferre sinunt, vel potius eidem refragantur; in id etiam caute advertentes, ne apparens integritas callide, medicinalis artis ope, fangi potuerit.

93. § 1. Periti medici aut obstetrices, suam seorsim scriptam relationem peragant (cf. n. 90, e) circa conclusiones ex inspectione deductas, et postea erunt singuli a iudice interrogandi, iuxta interrogations seu articulos a defensore vinculi antea concinnatos, iisque ipsi, praestito iureiurando, respondeant; et examen absolvatur servato praescripto n. 46. Vinculi autem defensor peculiares articulos et interrogations praesertim eruat ex relationibus ab iisdem peritis exhibitis (Can. 1981; cf. in Appendice, nn. **XXX** et **XXXII**). Periti vero perspicuo indicare debent qua via et ratione processerint in peragenda inspectione, et quibus potissimum argumentis sententia ab ipsis proposita nitatur (Can. 1801, § 3).

§ 2 Quod si periti discordent sive quoad ea quaे perlustrando repererint, sive in conclusione finali, iudex poterit relationem unius periti submittere iudicio alterius, ut explicet ex quo repetenda sit contradictio; et, si casus ferat, etiam permittere poterit ut inspectio fiat collegialiter et votum collegiale habeatur, sed deinde seorsim periti interrogentur (cf. car. 2031, n. 5); nisi idem iudex peritiorem eligere magis expedire iudicaverit, qui super relatis a primis peritis suffra-

gium proferat, facta ei quoque, si casus ferat, potestate inspectionem denuo peragendi; aut novos de integro peritos adhibere (cf. can. 1802 et 1803).

94. Postremum in iudicio vocanda erit matrona, quae inspectioni adstitit, et, delato iureiurando, ad rem interrogetur (cf. in Appendice, n. XXXI).

95. Ad inspiciendum virum, si casus ferat, duo periti medici *ex officio* deputari debent (Can. 197<sup>o</sup>, § 1); qui, praestito iureiurando de munere fideliter implendo et de secreto servando (cf. in Appendice, n. XXIX) monendi erunt, ut artis praesidiis utantur licitis et honestis, et referant, iuxta medicinali doctrinae placita, iudiciorum seu argumenta quae potentiam virilem adstruere aut excludere videantur.

#### CAPUT XIV

##### *De processus conclusione*

96. § 1. Iudex processum clausum ne decernat, nisi prius vinculi defensor declaraverit sibi nihil inquirendum superesse, et etiam ad hoc auditis partibus.

§ 2. Antequam decretum conclusionis edat, iudex acta attente consideret, partium ac testium depositiones inter se et cum ceteris e processu emergentibus conferat, et videat an sint quaedam incompleta et contradictoria aut ambigua. Si quae huius generis repererit, audito vinculi defensore, partes aut testes, prout opus fuerit, iterum citet et, appositis interrogationibus quae vel supplenda vel declaranda sunt, exquirat, aut etiam per testes ex officio inductos, suppleri vel declarari satagat.

§ 3. Item antequam conclusioni annuat vinculi defensor, actorum examen instituat, ut expendat utrum ea sint ulterius complenda ad normam harum regulorum (cf. in Appendice, n. XXXIII).

97. § 1. Clausa processus instructione, iudex neque ad ipsius processus publicationem, neque ad

sententiam super ipsa inconsu[m]matione et causis ad disp[er]sandu[m] deveniat (Can. 1985).

§ 2. Nihilominus si partes aut harum altera, post conclusionem, petant sibi ostendi vel testium nomina aut eorum responsiones vel aliquod documentum, idque postulent gravi de causa, iudex, auditio defensore vinculi, necnon parte cuius intersit, si casus ferat, hoc indulgere valet, intra limites tamen probatae necessitatis et excluso quovis periculo collusionis et corruptionis; de publicatione autem processus aut alicuius partis, expressa mentio in actis facienda erit.

98. § 1. Clauso processu, vinculi defensori acta omnia tradantur, qui suas animadversiones conficeret debeat, in primis animadvertisens an regulae hucusque traditae in processus instructione observatae fuerint necne.

§ 2. Deinde acta omnia una cum voto scripto Episcopi (can. 1985), vel, sede vacante, Vicarii capitularis vel Administratoris apostolici, vel alterius legitime Episcopi vices facientis (Can. 429 et 431), et defensoris vinculi, transmittantur ad H. S. C.

99. Praesentes regulae in instruendis processibus de non consummatione semper erunt adamussim observandae, et si aliquando ab eis aequa ratio suadeat esse recedendum, iudex de huius rei motivo rationem reddat in actis, ut constet de inobservantiae causa.

100 Harum regularum observantia Ordinariis potissimum committitur, et ad eos spectat a seipsis constituta tribunalia vigilare, ne ab iis deflectant. Ipsi propterea integrum est, pro sua prudentia, quovis processus momento, acta examinare, consilia et monitiones officialibus dare, et eos, gravi de causa, ipso iudice subdelegato non excluso, auditio vinculi defensore, removere. Si quando his remediis fuerit locus, vel aliud secutum sit inconveniens, cum acta transmittantur, de re Apostolica Sedes certior reddatur.

101 § 1. Acta iudicialia, sive *acta causae*, sive

*acta processus* (cf. can. 1642), transmittantur ad H. S. C. in authentico exemplari, cum indice omnium actorum et documentorum, ad normam can. 1644.

§ 2. Quod si valde grave sit, sive ob necessarias expensas, sive alia de causa, exemplar authenticum ad S. C. transmittere, fas sit Curiae transmittere ipsa acta originalia, iis tamen cautionibus exhibitis, quae pro locorum conditionibus suppetunt ad tutam documentorum transmissionem.

## CAPUT XV

### *De rescripto pontificiae dispensationis eiusque expeditione*

102. Dispensatio super matrimonio rato et non consummato a Romano Pontifice directe conceditur, et expeditur per rescriptum in forma gratiosa, ab Emo. Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, vel ab alio Emo. Cardinali eius vice fungente, nec non a R. P. D. Secretario, aut a Subsecretario eiusdem S. C. subsignatum.

103. Attenta eiusmodi forma, rescriptum effectum habet a temporis momento quo in die audienciae Summus Pontifex dispensationem concessit, dummodo tamen eo momento preces veritati nitantur, tum quoad matrimonii inconsuptionem, tum quoad dispensationis causas (Can. 41). Quod si unum vel alterum desit, rescriptum, utpote obreptionis vel subreptionis vitio infectum, impetranti minime suffragatur.

104. In rescripto dispensationis super matrimonio rato et non consummato continetur, quamvis non expressa, vi can. 1053, altera dispensatio, si forte opus sit, ab impedimento ex adulterio cum promissione vel attentatione matrimonii proveniente.

105. Dispensationis rescriptum, solutis expensis parti impetranti idemque postulanti traditur aut remittitur, et Ordinario exhibendum est (Can. 51); verum ex officio ipsa Sacra Congregatio eidem Ordina-

rio exemplar authenticum rescripti dispensationis directe dabit.

103. Ordinarius, de dispensatione per authenticum documentum certior factus, parocho tum loci contracti matrimonii tum suscepti baptismatis sive viri sive mulieris, prout casus ferat, quamprimum mandabit ut in libris matrimoniorum et baptismorum de obtenta dispensatione adnotatio fiat.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 7 maii, anno 1923.

M. Card. Lega, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† A. Capotosti, Ep. Thermen, *Secretarius*.

### III

## APPENDIX

*Seu praecipuorum actorum formulae  
quae utiliter et opportune adhibentur in his causis.*

### I

#### *Supplex libellus uxoris oratricis*

Beatissime Pater

N. N., filia..., e dioecesi..., civitate..., annos nata..., conditione..., domicilium habens in civitate..., via..., sub paroecia..., ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter, provoluta, quae sequuntur exponit:

Die..., mense..., ann..., oratrix tunc annum agens..., praemissis denunciationibus a iure statutis ac ritu civili, matrimonium, in paroeciali ecclesia..., cum N. N., filio..., e dioecesi..., et civitate..., tunc annorum..., professione..., rite contraxit.

Sed hoc matrimonium, contra oratricis ingenium, ad exitum perductum fuerat ab eius matre, quae omnem movit lapidem ut filiae animum sibi conciliaret; et cum nullum ab eiusmodi nuptiis daretur effugium, oratrix ad matrimonium celebrandum accessit, spe-

rans fore, ut sensim sine sensu amor erga virum enasceretur.

At spem fefellit eventus nam, coniugali consortio vix instituto, vir pravam indolem pandidit, ideoque defectus amoris in aversionem prorupit. Quapropter quindecim ab initio matrimonio diebus elapsis, vir, oratrice relictta, ad paternam domum remeavit: postero autem die, ipsa, urgente matre, virum assequi debuit; cum quo tamen vix quinque diebus transactis; ad matrem reversa est, malens potius mori, quam cum eo intolerabilem vitam ducere.

Tum ex hoc capite vir separationem a civili tribunali petiit atque obtinuit. Oratrix vero, apprime sibi conscientia de non secuta matrimonii consummatione tum ob perversam viri voluntatem, tum ob defectum amoris, imo aversionem ipsius oratricis, ad pedes Sanctitatis Vestrae confugit, Apostolicam dispensationem super matrimonio rato et non consummato misericorditer implorans.

Rationes autem ad petendam dispensationem sunt:  
1.<sup>o</sup> invincibilis oratricis aversio erga virum, absque ulla spe reconciliationis; 2.<sup>o</sup> incontinentiae periculum, attenta eius iuvenili aetate; 3.<sup>o</sup> desiderium transeundi ad alias nuptias, eidem nuper oblatas.

Et Deus, etc.

Datum... die..., mensis..., anno...

N. N. (Subscriptio, si fieri potest, manu ipsius oratricis.)

Si libellus detur a viro, similiter exaratur, mutatis mutandis, genuina peracta factorum expositione

## II

*Litterae ordinarii ad Parochum vel ad alium in casu  
magis idoneum, pro informatione et  
Coniugum reconciliatione*

Revmus. Ordinarius N., adnexum libellum N., uxoris oratricis, transmitti iubet ad Reverendum N., pa-

rochum N., eique committit ut reconciliationem oratricis cum coniuge N., pro viribus et pastorali prudentia, per se aut per alium, curent. Quatenus vero praefati coniuges ad concordiam adduci nequeant, idem parochus distincte instructam hanc Curiam reddat de antecedentibus, concomitantibus et subsequentibus matrimonii celebrationem, nec non de causis petitaे dispensationis matrimonii inter eos initi; ac simul de probitate et credibilitate tum viri tum uxoris: et congruit ut allegetur fides de huius matrimonii celebratione ex integro, prout iacet in regesto matrimoniurum.

Interim, etc. Die...

N., Vic. Gen.

L.  S.

N., Curiae Ep. cancellarius.

Si forte parocho non expedit dare mandatum reconciliationis coniugum, alii personae prudenti et idoneae (si fieri queat, sacerdoti) committi potest.

### III

#### *Responsum Parochi, si partes Reconciliationem renuant*

Illme. ac Rvme Domine,

N. (*mulierem, si eam antea interrogari expedit*), antea alloqui curavi, quae sui matrimonii vicissitudines exposuit, et suam valetudinem coniugali convictu labe-factari, necnon necessitatem dissolvendi matrimonii monstravit. Post eam allocutus sum virum, qui ad cohabitationem restaurandam se paratum exhibuit, sed omnino desperat, ob uxoris perivicaciam.

In reconciliatione non ulterius insistendum censi, cum matrimonium saltem absque amore ex parte mulieris initum videatur, ac verisimilis sit inconsu-matio, et aliunde periculum incontinentiae exstet ex parte oratricis, quod ut gravis causa pro dispensatione adducitur. Ex percontationibus peractis, de probitate et credibilitate utriusque coniugis satis cons-

tare videtur, ita ut fides eorum assertionibus praestari possit.

Praesentibus allegatur testimonium de celebrazione matrimonii dictorum coniugum, in authentico exemplari.

Datum ex paroecia N., die...

Obsequentissimus subditus

L. ✠ S.

N

IV

*Informatio ordinarii ad S. C. de Disciplina Sacramentorum  
et petitio facultatis conficiendi processum*

Eme ac Revme Domine,

Transmitto ad Em. Vestram Revmam adnexum libellum, quo mulier N. dispensationem implorat matrimonii ab eadem contracti cum N., utpote tantum rati; ac simul transmitto documenta (*ut informationem parochi et aliu quae habeantur*), neenon testionum de celebrazione matrimonii, ex quibus colligi potest, oratricem fidem mereri. Quapropter cum libellus fundamento niti videatur, illum commendo, humiliter postulans, ut quatenus E. V. visum fuerit, facultas mihi tribuatur conficiendi processum, super eiusmodi matrimonio, quod contenditur ratum et non consummatum, facta expressa facultate subdelegandi.

Interim sacram Purpuram reverenter deosculor.

Datum..., ex Curia Ep.li, die...

Addictissimus famulus

L. ✠ S. N., Episcopus. N., Curiae cancellarius.

(Continuará)

## La Obra de la Santa Infancia

### CIRCULAR DEL RVMO. PRELADO NOMBRANDO DIRECTORES REGIONALES

Conocidos de todos vosotros son, Amadísimos Diocesanos, Nuestros afanes, porque las obras misionales se difundan y se desarrollen pujantes en esta Nuestra muy amada Diócesis, que el Espíritu Santo quiso confiar a la vigilante solicitud de Nuestro celo, y bien podemos deciros ya que no dejamos de bendecir al Altísimo por los abundantes frutos que una de ellas, la OBRA DE LA SANTA INFANCIA, está recogiendo en buen número de Parroquias.

Mas, teniendo en cuenta que en Nuestros queridos diocesanos muy particularmente se verifican las palabras del Pontífice de las Misiones, Benedicto XV, de feliz memoria, de que: «*El pueblo fiel siente propensión innata a socorrer con larguezza las empresas apostólicas*», creemos firmemente que no Nos excedemos, si Nos atrevemos a rogaros que sea mayor aún el fervor de vuestras oraciones y crezca todavía más la larguezza de las limosnas que actualmente ofrecéis en favor de la Santa Infancia.

No pretendemos ahora recordaros, a vosotros principalmente Venerables Párrocos, la obligación estricta, el deber imperioso con que, según el citado Romano Pontífice, todo Sacerdote está obligado a promover las Obras Misionales; pero no podemos menos de repetiros una vez más Nuestro más encarecido ruego de que trabajéis sin descanso, para que la O. de la S. Infancia se establezca en todas las Parroquias.

Si en ello no se atravesase la gloria de Dios, o no juzgásemos fácil la institución y florecimiento de tan Santa Obra, hubiéramos impuesto reposo a nuestra

pluma, llorando a solas con Dios la inmensa desventura de tantos pobrecitos niños a quienes, por la penuria con que luchan la caridad y el celo de los Misioneros, no puede llegar la dicha de abrirles las puertas de la eterna gloria. ¡Son tan simpáticos los niños, sobre todo, cuando al abandono de unos padres crueles, se añade el infortunio de una muerte sin ventura!

Pues qué... ¿no fué también por ellos derramada la sangre preciosísima de N. S. Jesucristo? Y sus almas ¿no agitan sus alas anhelantes de la eterna dicha y vuelven hacia nosotros sus implorantes ojos ansiosas de anegarse en las claridades infinitas que brotan a raudales del indeficiente Sol de Justicia? ¿Y no, es cierto que con liviano esfuerzo podéis contribuir, venerables Sacerdotes y Amadísimos Hijos, a la suerte dichosa de tantos infelices? Porque ¿en qué pueblo de la Diócesis no será tarea fácil y sencilla encontrar una docena de almas generosas que sientan vivo en su pecho el honor de la Cruz redentora de Cristo, y ardiente la sed de la salvación de las almas? Predicad, pues, Venerables Sacerdotes, en vuestras pláticas de esta caritativa Asociación y aprovechad con discreción y tino todas las circunstancias, para reunir en torno vuestro una docena de almas generosas, que ellas solas bastan para que nazca y florezca y fructifique esta Obra Santa, como la que más, que debéis procurar establecer en todas las Iglesias encomendadas a la solicitud de vuestro divino ministerio.

Y a fin de que estos Nuestros vehementes deseos puedan verse prontamente cumplidos con mayor facilidad, venimos en nombrar Directores Regionales, dependientes del Director Diocesano de la Santa Infancia, con la misión de promover la Obra de acuerdo con los Señores Encargados de las Parroquias, a los Rvdos. Señores Sacerdotes siguientes: Curas de Gómara, Almenar, Pozalmuro, Almarza, Vinuesa, Herreros, Palacios, Hontoria del Pinar, Castrillo de la Rei-

na, Villanueva de Carazo, Peñacoba, Huerta de Rey, Baños de Valdecarados, Quintana Naraya, Quemada, La Aguilera, Gumiel del Mercado, S. Martín de Rubiales, Fuentenebro, Langa, Guijosa, Ucero, Torralba, Villaciervitos, Centenera de Andaluz, Madruédano, y Coadjutor de Santa María de Aranda, Parroquia de Roa y de Nuestra Señora del Rivero de San Esteban de Gormaz, y vivamente recomendamos a todos los nombrados que trabajen con incansable celo por el florecimiento de la Obra de la Santa Infancia en todos los pueblos de Nuestra Diócesis.

Burgo de Osma, 15 de noviembre de 1923.

†MATEO, OBISPO DE OSMA.

---

**DECRETO**

del Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo, nombrando Notario Mayor de la Curia Eclesiástica al Presbítero  
Don Bartolomé Marina Arranz, Vice - Secretario  
de Cámara y Gobierno

**NOS EL DR. D. MATEO MÚGICA Y URRESTARAZU,**

POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA, OBISPO DE OSMA, PROTONOTARIO APOSTÓLICO, «AD INSTAR PARTICIPANTUM» SEÑOR DE LAS VILLAS DE EL BURGO, UCERO, Y LAS DOS QUINTANAS RUBIAS ETC.

Hallándose vacante una de las Notarías de nuestra Curia por fallecimiento de D. Pablo Morales y Molinero, que hasta ahora la venía desempeñando, y confiando en la pericia, buena fama, rectitud y justicia de D. Bartolomé Marina Arranz, Presbítero, Vice-Secretario de Cámara y Gobierno de este Obispado, queriendo Nós además premiar la benemérita labor qne dicho señor viene realizando en esta Curia, hace ya varios años, le NOMBRAMOS por las presen-

tes para la dicha Notaría vacante, que desempeñará con sujeción a las siguientes normas:

1.<sup>a</sup> Ejercerá las funciones de actuario en todos los asuntos de carácter contencioso y criminal que se ventilen en nuestra Curia de justicia, y aquellas otras para las que nombrásenos actuario AD CASUM, ateniéndose a las prescripciones generales del Canon 374 y a las particulares de los Cánones 1585, 1642 a 1645 y demás que regulan los deberes y derechos de los actuarios. 2.<sup>a</sup> En nuestra Curia de Gobierno actuará en los negocios y expedientes matrimoniales en que hasta la fecha han intervenido los notarios; y 3.<sup>a</sup> en los demás asuntos administrativos podrá actuar cuando así lo dispongamos Nós o nuestro Vicario General.

Y MANDAMOS que al referido D. Bartolomé Marina y Arranz, Presbítero, Vice-secretario de Cámara, se le tenga por tal NOTARIO en toda nuestra diócesis, y se le dé fe en lo que intervenga según derecho, debiendo hacer el Juramento prescrito en el Canon 364, párrafo 2.<sup>o</sup> número 1.<sup>o</sup> antes de empezar a ejercer el cargo.—Dado en Nuestro Palacio del Burgo de Osma, a diecisiete de noviembre de mil novecientos veintitrés.

+ MATEO, OBISPO DE OSMA.

## Secretaría de Cámara y Gobierno

### ORDENES GENERALES

Su Señoría Ilma. y Rvdma. el Obispo mi Señor ha determinado, con el auxilio de Dios, conferir Ordenes generales, mayores y menores, el día 22 del próximo mes de diciembre, sábado de Téporas de Adviento.

Los que aspiren a recibirlas presentarán en esta Secretaría de mi cargo, antes del día 25 de los corrientes las solicitudes y demás documentos necesa-

rios, conforme a lo dispuesto en el Título XII, parte 3.<sup>a</sup> de las Sinodales del Obispado, y a lo ordenado en el vigente Código de Derecho Canónico.

Los exámenes se verificarán el día 11 de diciembre y los que fueren aprobados entrarán a practicar Ejercicios espirituales oportunamente en el lugar y día que se designe.

Burgo de Osma, 15 de noviembre de 1923.

*Dr. Manuel Requejo Pérez.*

Maestrescuela Scrio.

## Parroquias que no han enviado las copias de las Partidas Sacramentales

Habiendo resultado ineficaces los persistentes avisos para que los Rvdos. Párrocos y Económicos envíen a esta Cancillería copia de las Partidas Sacramentales, en conformidad con lo que se ordena en el Código de Derecho Canónico, Nuestro Ilmo. y Rvdmo. Prelado ha creído necesario disponer que se citen nominalmente las Parroquias en las que no se ha cumplido con el mencionado requisito, advirtiendo a los Sres. Encargados de las mismas que, de no enviarlas antes del día 15 del próximo mes de Diciembre, se nombrará un Delegado que a expensas de los mismos ejecute lo que sobre este particular dispone el Derecho.

Parroquias que no han enviado las copias de las Partidas Sacramentales:

Año 1919, Ciria.—Año 1920, Cabrejas del Pinar.—Año 1921, Blacos y Pinilla del Campo.—Año 1922, La Rubia, Renieblas y Ventosilla, Los Villares, Lumbrerillas y Cerveriza, Castrillo de la Vega, Adrada, Cubilla, Monasterio, Arandilla y Valverde, Nomparedes, Sauquillo de Boñices y Alparrache, Pinilla del Campo, Rivarroya, Valcabado, Santa María de las Hoyas, Garay y Garrejo, y Valtueña.

Burgo de Osma, 15 de noviembre de 1923.

*Lic. Jaime Gutiérrez,  
Canónigo, Canciller.*

## COLLATIONES ECCLESIASTICAE

PRO COLLATIONE DIEI 29 NOVEMBRIS

Laeta, viginti annorum juvenis, brevissimis induta vel potius exuta vestibus non solum in vias, sed etiam in ecclesiam, sive ad missam diebus festis, sive ad processus novendiales Patroni loci properat, sciens nihilominus se turpiter a quodam "juvene adamari, qui suos gressus continuo insectetur, eamque aliquando pro cacibus laudationibus alloquatur, quibus ipsa, pudibunda foras intus laetabunda, subridet. Quadam die, cum se componeret, vermiculatum torqueum animadvertisens sibi defecisse, eumque ancilla subtractum suspicans, consulto muliebris ornatus thecam apertam relinquit, intentione ancillae fidelitatem probandi. Sed paulo post ad confessionem accedens, de scandalo sequentes occurrunt dubitationes:

Quid et quotplex scandalum, et qualiter devitandum? An praecepta sint quandoque omittenda propter scandalum pusillorum? An bona temporalia tenearis dimittere ad scandalum evitandum? An in scandalo detur non solum peccatum contra charitatem, sed etiam contra virtutem ad quam violandam proximus inducitur? An peccans cum complice declarare debeat circumstantiam sollicitationis?

An liceat suadere minus malum alicui ad majus determinato? An liceat occasionem peccandi permittere aut apponere, ut reus detegatur? Quibus modis scandalum committi potest circa luxuriam? An peccet graviter femina nudo pectore incedens, superfuum gerens ornatum, vultum pingens, viriles vestes induens, larvata? Quid ad casum?

### *Quaestio Liturgica*

In missa sollemini quomodo sese gerere debeant tum sacerdos tum ministri ab adventu in altare usque ad introitum? Quid speciatim in thurificatione sit observandum?